



~~DD Re~~

D.d. 50

~~DDR~~

Gesch. et Geogr.
~~Z.T. 84. X.~~ ^{4^{to}}

2

COMMENTATIO ACADEMICA
DE
HABITV RELIGIONIS
AD GENTES
AVCTORE
D. PHILIPPO CAROLO
L. B. DE KNIGGE

S. R. I. EQVITE
DOMINO IN BREDENBECK, PATTENSEN,
LEVESTET THALE.



GOTTINGAE
TYPIS JOANNIS PETRI SCHMIDII
MDCCXLVII.

COLLECTANIA AVGDVICIA
HABITA RELIGIONIS
AD GENTES
ACADEMIA
PHILIPPO CAROLO
LUDVICO NICCO
DOMINO 1748
IN LIBRARIIS
TYPIS ET STAMPIS
J. C. F. H. A.

GOTT
DIEZ
SCHMIDT
LITOGRAFIA

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO

DOMINO

GERLACO ADOLPHO

L.B. DE MVNCHHAVSEN

DYNASTAE IN STRAVSFVRTH CETERA

AVGVSTISSIMI M. BRITANNIAE REGIS

A CONSILIIS REGENDI ELECTORATVS BRVN-

SVICO-LVNEBURGENSIS INTIMIS,

STATVS MINISTRO

E T

MAGNO PER CELLENSEM DVCATVM

ADVOCATO

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO

SACRVM.

AVANTISSIMA MELITATIMAE HEC
ACCONSILII RECENDI PECTO TATÆ LIVAN
ALIAE IN STRAVATATE D
DINASATI

ILLVSTRISSIME ET EXCELLENTISSIME
DOMINE,

Ad p[re]dictum scriptum. Anno huius millesimae octavae anniversarii
anno regni eiusdem Imperatoris Maximiliani II. Regis et Reginorum
Imperii Romani Sacrae Congregacionis et Universitatis
Academie Lipsiensis anno 1511 hoc non regulare compagno in eis ordinis
et regni eiusdem Imperatoris Maximiliani II. Regis et Reginorum
Academie Lipsiensis, etiam unde dicitur 1511 etiam bilingue Germanico

TIBI

Patere, quae singularis TVA comitas est, Domine Gratiissime, ut
studiorum meorum primitias ad TE deferam atque TIBI sacras fa-
ciam. Quod dum exsequor, non vitar occasione commoda, maxima, quibus
fulges eruditio[n]is & ingenii lumina commemorandi, bac ratione dulcis,
quod illa quoqua versum radios coruscos dimittunt. Nec hoc mibi summa ve-
ra, quae multos per annos in toga foris in Legationibus quam maxime ar-
duis, cuius rei ipse nuper Francofurti spectator fui, & domi pro Salute Pa-
triae limatissimo iudicio, prouidentia mirabili, summa agendi solertia &
incredibili veri laboris patientia feliciter gessisti, suis & veris laudibus
profe.

prosequar. Nam illa illustriore loco posita sunt, quam ut ea ignorari ab illis possint, qui rerum publice gestarum ignari non sunt, nec in patria peregrinantur atque adeo encomiis indigeant. Accedit quod meam in diecendo infantiam illa longe superant, quae ab eloquentissimis minus digne praedicari possunt. Nihil igitur mibi est reliquum, nisi munusculo leui quidem illo, at obsequio affectuque non leui TIBI oblato, obseruantiam & gratum animum testatum faciam. Defino in votis non sicutatis pro prosperitate & incolumentate TVA, quae dum facio, compendium votorum pro felicitate Reipublicae facere, mibi videor

TIBI
ILLVSTRISSIME ET EXCELLEN-
TISSIME DOMINE,

Scribebam
haec Gottingae
D. 22. Augusti
1700
obsequientissimus Cultor
CLOCCXLVII.

D. PHILIPPVS CAROLVS L. B. DE KNIGGE.

P R A E F A M E N.

Vt diuersa sunt hominum in D E O colendo Studia : ita notabilis & multiplex est fententiarum varietas de eo, quod circa religionem pro iusto, iniustoque haberi queat. Longa est series contentionum inter Imperium & Sacerdotium, de quibus magni illi Viri, PETRVS DE MARCA in libro de concordia sacerdotii & imperii & CHRISTIANVS THOMASIVS in Historia contentionis inter Imperium & sacerdotium erudite & copiose exposuerunt. Docendum est religionem, praefantissimum D E I donum, ignorantiā iuris naturalis, ambitione hominum & dominandi libidine in materiam litis, dissidiorum, pugnarum & bellorum nefandorum potuisse conuerti. Hinc grauiſſima extitit querela:

Tantum Religio potuit suadere malorum.

& alia illi affinis :

Tantaene animis coelestibus irae?

Ferreus sit oportet, quem non moueat miseranda facies generis humani, instrumento pacis & socialitatis intemperanter abutentis. Quanta clade & calamitate, ASIAM, AFRICAM, EVROPAM & AMERICAM tot seculis ignoratam ac vix detectam religionis praetextus affixerit, quorus quisque est qui ignoret? Studium igitur & opera eorum, qui de religione, modo & certis finibus circumscribenda, laborarunt, tam sunt laudanda, ut quae maxime. In his laude sua defraudandus non est SAMVEL L. B. DE PVFFENDORFF, qui *habitum religionis ad*

ad Statum nobis praesentare anhisus est. Reliquit ille aliis, profine,
quem docto libello praestituerat, habitum religionis *ad gentes*. Eius
exemplo excitatus constitui ego nonnulla hac de re commentari.
Quod dum facio, vereor, ne quis mihi HORATIANVM istud oce-
cinat:

*Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam
Viribus.*

& ad aurem insufseret, quod olim ATHENIS grauissimus ille Senex
per scalas ascendens de se profatus est, *Magnum spirare, parum posse:*
Sed homini iuueni paratior, quam alii, est excusatio, cum sat sit in
magnis voluisse aliquid. Hac spe fretus primitias studiorum meorum
Academicorum in publicum proferre nullus dubitavi.

Scribebam haec Göttingae, D. 22. August.

1515 CXLVII.





CAPVT PRIMVM.
DE
RELIGIONE ET IVRIBVS HOMINVM
CVM EA CONNEXIS IN PRIMIS IN
STATV NATVRALI.



§. I.

religio nobis est determinatus Deum colendi modus, Deum vero colere dicitur is qui certas suscepit actiones liberas rationis Dei causa, hoc est dicere, quia Deum eiusque opera agnoscit. Cum igitur motuum sit ratio sufficiens actionis, consenserens est, ut cultus diuinus sit complexus actionum liberarum, ad quas per motiuam, a Deo eiusque operibus repetita determinamur. (a)

Ostenditur quid sit religio & cultus diuinus.

(a) Vide PERILLVSTREM L. B. DE WOLFF Pag. II. Sect. II. Theol. Natural. §. §12. & JAC. CARPOV. in Theol. revelata dogmatica

P. I. §. 61.

A

§. II.

§. II.

Obligatio ad cultum diuinum est vniuersalis, *Obligantur ad unum omnes homines ad cultum diuinum in omnibus actionibus.* Homo per ipsam essentiam & naturam obstringitur, ut actiones suas omnes per motiuia ab attributis diuinis reperita determinet. (a)

In hoc cultus diuinus est situs (§. I.) idcirco homo ad cultum diuinum in omnibus actionibus obligatus est. Naturam & essentiam humanae omnibus hominibus communem esse nemo est, qui non intelligat. Obligatio igitur ortum trahens, ex essentia & natura humana, vniuersalis est. (b) Quam ob rem dubium non est quin homines ad unum omnes obligentur ad cultum diuinum in omnibus actionibus.

(a) PER ILL. WOLFFII Phil. praeft. Univ. P. I. §. 151.

(b) vid. WOLFFII I. N. P. I. §. 2. & §. 82.

§. III.

Ad religionem hominem obligantur. Cum religio nihil aliud sit quam determinatus Deum colendi modus (§. I.) consequens est ut singuli ad religionem obligentur homines.

§. IV.

Fundamentum diuinionis religiosi. Actiones liberae quas generatim & speciatim Dei Causa suscipimus aut intra animam terminantur, aut per corpus foras dantur. Ille internae, hae externae appellari solent.

§. V.

Religio interna. Religio interna est complexus actionum internarum earundemque liberarum quas Dei causa suscipimus.

§. VI.

§. VI.

Religionis externe nobis nomine venit, complexus actionum ex- Et Religio
ternarum earundemque liberarum quas solius Dei causa suscipimus. externa quid.

§. VII.

Ad religionem tam internam quam externam omnes obli- Ad religio-
gantur. Datur obligatio qua singuli homines in actionibus omni- nem tam in-
nentur ad Deum colendum. (§. 2.) Actiones partim externae partim in- ternam quam
externae sunt (§. 4.) Iam vero religio est determinatus Deum colendi obli-
gantur. modus (§. 1.) & dicitur interna quae in actionibus internis, externa
quae in actionibus externis, consistit. Quia de causa homines ad unum
omnes ad religionem tam internam quam externam obligantur. Acce-
dit quod religio externa in iis actibus consistit, qui propter actiones
internas ad Dei cultum existunt. Maior est perfectione in actionibus hu-
manis, si externae cum internis concurrant. Proinde cum perfectione no-
strae in primis maiori studendum (a) sit, cultus diuinus externus a cultu
interno sciungendus non est.

(a) §. 10. & 12. Philos. moral. WOLFFII.

§. VIII.

Omnibus & singulis hominibus incumbit obligatio ad cognitionem Dei. Et ad cogni-
Obligantur omnes homines ad cultum diuinum. (§. 2.) Deum vero tioneum Dei.
colere nobis datum non est nisi ipsum cognoscamus (§. 1.) In instru-
mentis igitur vel mediis Deum colendi preeprimis cognitione Dei annu-
meranda est. (a) Obligatio ad finem secum fert obligationem ad media.
Etenim qui ad finem obligat finem velle censendus est. Qui vult finem

A 2

etiam

etiam media velit necesse est. (b) Hinc dubitare nequit, omnibus & singulis hominibus incumbere obligationem ad Deum cognoscendum.

(a) §. 937. Ontol. WOLFFII,

(b) §. 941. I. c.

§. IX.

Veram non
falsam.

Cum error sit Imperfeccio animae nostrae, veritatis vero cognitio ad eius perfectiones spectet, (*per principia Psychologica*) & natura duce nos obligemur ad perfectionem status nostri atque aliorum (a) consequens est ut *non obligemur ad cognitionem Dei falsam sed potius ad veram.*

(a) Philosoph. Praft. Vniuers. WOLFFII P. I. §. 152. & 223.

§. X.

Religio est
vel vera vel
falsa.

Vt nunc sunt homines, dubium non est quin *cognitio Dei partim vera partim falsa* sit. Quemadmodum vero cognitioni Dei superstruitur cultus diuinus (§. 1.) &, quod consequens religio (§. cad.) ita ad intelligendum facile, *religionem vel veram vel falsam esse*, nec obscurum iam erit *quid sit vera quid falsa religio.*

§. XI.

Nemo dei i-
gnorans reli-
gioni adiungi-
debet.

Nemo Dei ignorans religioni adiungi debet. Quicunque in Dei ignoratione versatur, is ipsum colere nequit (§. 1.) Religio vero est modulus determinatus colendi Deum. (§. cad.) Fieri igitur non potest, vt quis religioni adiungatur qui Deum ignorat. Sed ad impossibile non datur obligatio. (a) Quam ob rem, cum debitum sit ad quod faciendum

dum aliquis obligatur, (b) nemo Dei ignorans religioni adiungi debet. (c)

- (a) Philos. praeft. vniuerst. WOLFFII P. I. §. 207.
- (b) DARIESII Institutiones Jurisprud. vniuersalis §. 156.
- (c) Consentientem habemus. GERHARDVM NOOTIVM in Dissert. IV.
de Religione ab Imperio Jure Gentium libera p. 784. ex editioni opp.
Lugd. Bat. 1713.

§. XII.

Ad religionem sue internam sue excernam aliquem cogere minus par Non datur
est. Religio imprimis interna reddit ad Dei eiusque operum cognitionem coactio in re-
(§. 1. & 4.) Agnitio Dei pendet ab intellectu. (*per principia Psychologi- ligione sue*
ca.) Intellectus vero coactionis nescius est. (*per eadem principia.*) Qua- externa sue
re ad religionem internam nulla datur coactio. Jus respondeat obliga- interna,

Quod erat vnum.

Religio externa internam tanquam comes consequitur & sine illa
 nulla est. (§. 7.) Jam vero ad religionem internam ut quis cogatur ius
 nullum est. *Per probata membra primi:* Quo circa quoque neminem ad
 religionem cogere externam par est. *Quod erat alterum.*

Potest idem hac etiam ratione comprobari. Obligatio ad religio-
 nem est eadem atque illa qua tenemur ad cultum diuinum. (§. 1.) Cul-
 tus vero diuinus consilit in actionibus liberis. (§. ead.) Actiones liberae
 pendent a voluntate hominum libera. Voluntas ista cogi nullo modo
 potest. (a) Quamobrem ad religionem, qua pendet a voluntate homi-
 num libera nemo cogi potest & quod reliquum est non debet.

(a) vid. WOLFFII Psychol. Empirica §. 927.

§. XIII.

Nec ad illud
vt quis in re-
ligione ma-
neat eidem-
que per o-
mnia con-
sentiat.

*Nemo cogi potest ut in electa religione maneat eidemque per omnia
consentiat.* Fieri potest, vt quis cognitionem quam de Deo atque eius
operibus animo inbibit, vel in melius vel in deterius mutet. In
utroque casu ipsis religio mutabitur, (§. 1.) Cum igitur religio coa-
tionis nescia sit (§. 12.) fieri non potest, vt vi adigatur ad religionem,
qua Deo in praesenti obstricis est vel esse fibi videtur manandam. Non
igitur cogi potest ut in religione semel electa per maneat. *Quod erat
primum.* Fieri itidem potest de coetero, ut quis cuidam determinato De-
um colendi modo consentiat, in quibusdam vero ab illo discedit faciat.
Hoc in casu non per omnia eidem & quod consequens est (§. 1.) reli-
gioni consentiet. Pendet is animi status a cognitione & quod consen-
taneum est ab intellectu ipsius. (*per principia Psychologica.*) Intellectus
vero (*per eadem*) coactioni obnoxius non est. Ergo nemo cogi potest
ut religioni electae per omnia consentiat. *Quod erat alterum.* (a)

(a) Et hac in thesi idem quem laudauimus *Noootivs* nobis suffraga-
tus. l. c.

§. XIV.

Ad falsam re-
ligionem ne-
mo cogi po-
test.

Hominem ad falsam religionem cogere iure nullo possumus. Ad fal-
sam Dei cognitionem nulla datur obligatio. (§. 9.) Cognitioni Dei in-
aedificatur religio. (§. 1.) Nemo igitur per naturam obligatur nec ob-
ligari ab homine potest propter immutabilitatem obligationis natura-
lis, vt falsam amplectatur religionem. Sine obligatione nullum da-
tur Jus. (a) Quae cum ita sint iure nullo homo ad religionem falsam
cogi potest.

(a) *WOLFFII I. N. P. I. §. 1.*

§. XV.

Homo in statu naturali obligari non potest ut patiatur perfectionem Non tenetur ab alio promoueri suam. In statu naturali qui idem est atque status originarius, permitendum est, vnuusquisque in determinandis actionibus suis, suum potius quam alterius sequatur iudicium, dummodo contra ius tuum nihil faciat. (a) Fac hominem pati debere ut perfectio ipsius promoueatur, tum iudicium suum ad iudicium alterius attemperare debet. Id quod dicto repugnat. Non facit contra ius alterius qui suam perfectionem ab altero promoveri non vult. Hoc enim ex ipsius arbitrio pendet, num perfectio illa cui promouenda alter studet, ipsi sit congrua nec ne. Qua de re homo in statu naturali obligari non potest, ut patiatur perfectionem suam ab alio promoueri.

(a) WOLFFII I. N. P. I. §. 156.

§. XVI.

Homines igitur in statu naturali obligari non possunt ut religio ipso- & religionem
rum emendatur.

§. XVII.

Faceant igitur rationes hominum moleste sedulorum, qui hoc praetextu pruritum obtrudendi religionem alii excusatum volunt, quod versentur in eo, ut aliorum perfectionem promoueant. Religio est res merae facultatis, de qua aliis arbitratu suo nihil nobis praefiniire potest.

§. XVIII.

In statu ciuili nemo ad religionem cogi potest. In statu ciuili homines sunt sub Imperio ciuili. Imperium vero ciuile instruclum est a Jure In statu ciuili non datur coactio ad re- cogendi religionem.

cogendi alios atque sine illo nullum est. (a) Ad religionem vero non datur coactio. (§. 12.) Haec cum ita se habeant in statu ciuili quoque nemo ad religionem cogi potest.

(a) §. 672. Inst. Iur. vniuersit. D ARIES II.

§. XIX.

Nec ad id vt
maneat in re-
ligione ele-
cta, vel eidem
per omnia
confentiat (§. 14.)
aut religio-
nem falso
amplectatur,

Affirmationi huic congruum est vt nemo quoque in statu ciuili cogi possit vt in religione semel electa maneat, eidemque per omnia con-
fentiat (§. 13.) multo minus vero vt ad religionem falsam accedat.

Duae sunt viae, quibus insipientes ad cognitionem Dei peruenire licet, al-
Fundamen- tera ratio, altera immediata Dei patescere. Quod hic sumimus, abunde
tum diuisio- nis religionis. probatur, partim ex scriptis eorum, qui theologiam naturalem non tran-
diderunt solum sed & demonstrarunt; partim ex laboribus eorum, qui
pro veritate religionis reuelatae propugnarunt.

§. XX.

Definitorio re- Religio naturalis est ista quae principiis rationis superstruitur. Re-
ligionis na-
turalis & re-
velatae.

Religio naturalis est ista quae principiis rationis superstruitur. Re-
ligio revelata vero religio quae immediatae reuelationi diuinae innititur.

§. XXI.

Obligatio ad
religionem
naturalem &
reuelatam.

Ad religionem naturalem & reuelatam obligatio hominibus incumbit.

Omnis homines ad religionem veram quaerendam obligantur. (§. 3. & 10.) Religio naturalis nobis dicta est illa quae rationis principiis initur. (§. 21.)

Ea quae rationis principiis, legitimo concludendi modo superstruuntur,

illa

illa demonstrantur. (a) Quidquid vero demonstratur illud omnino verum habetur. (b) Nobis dubium non videtur in libris eorum, qui theologiam naturalem traclarunt vel de religione naturali scripsérunt eiusmodi extare demonstrationes. Quamobrem obligantur homines ad religionem naturalem. *Quod erat prius.*

Inter omnes gentes etiam immanitae barbaras communis sermo est de reuelationibus hominibus divinitus datis. Obligamus ad vnum omnes, ad Dei cognitionem. (§. 8.) Quamobrem praetermittendum non est, vt de veritate reuelationum disquiramus. Inuenta ea atque perspecta admittere debemus religionem quae istiusmodi immediatis reuelationibus inaeditificatur. Apellamus vero illam reuelatam. (§. 21.) Quia de causa homines quoque ad religionem reuelatam obstrici sunt. *Id quod erat posterius.*

(a) vid. D ARIESII logica §. 146.

(b) ibidem IDEM §. 147.

§. XXIII.

Cum ea quae generatim de religione diximus, speciatim quoque Applicantur in religionem naturalem & reuelatam conuenire debeant, consequens est, superius dicta ad religio-
vt utriusque nemo ignorans adiungatur (§. 11.) neque ad alterutram am- nem natura-
pleclendam aliquis cogatur. (§. 12.) *Sive in statu naturali* (§. 16.) *sive tam.*
in statu civili (§. 18.) *sit constitutus, aut vi adigitur, quo in religione se-*
mel electa permaneat, & eidem per omnia consentiat.

§. XXIV.

Quae diximus de immunitate religionis reuelatae ab omni coactio- Confirman-
ne, illa sacris litteris confona esse, nihil habet dubitationis. Ne falcam tur dicta,

B

vero

vero in alienam messem immittere videamus, ablegamus Lectorem ad ea quae eleganter & docte, hoc est pro more suo disputauit Vir illustris & summe venerabilis MOSHEMIVS (a) qui ea dispuinxit, quae ex sacris litteris imprimis V. T. solent opponi, atque ostendit, antiquissimos Patres a caede haereticorum abhorruisse. (b) In his ab initio quoque fuit A. v. E V S T I N V S magni in ecclesia nominis Doctor, cuius haec verba leguntur: (c) *Neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne filios Catholicos habereamus, quos apertos haereticos noueramus.* Dolendum tamen ipsum potesta sententiam mutasse, eiusque auctoritate poenas haereticorum probatas esse. (d) Laudat AMMIANVS MARCELLINVS (e) *Valentinianum* Seniorem Imperatorem quod inter religionum diuerstitates medius sletit, nec quicquam inquietauit, neque ut hoc coleretur imperauit aut illud. Ipse Imperator dixit: (f) *Testes sunt leges a me in exordio imperii mei datae, quibus unicuique quod animo imbibisset colendi libera facultas data est.* Quamuis diffidendum non est, illum sibi parum deinceps constitisse.

(a) In dissertat. de poenis haereticorum aduersus JAVORSKIVM §. 19. sequent.

(b) IDEM eadem §. 32. seq.

(c) in Epist. 97. T. II. opp.

(d) HENRICVS NORISIVS Cardinalis in historia Donatiana Opp. T. IV. Veronae 1732. edit. P. II. C. IX.

(e) Lib. XXX. c. IX.

(f) L. IX. Cod. Theod. de Maleficis & Marhematicis.

§. XXV.

§. XXV.

Nemo de religione pacisci potest sua. Nemo potestatem mentis suae Non possimus de reli-
habet, id quod duce experientia & ex principio Psychologicis cognoscere licet. Ad mentem vel cognitionem Dei reddit cultus diuinus. gione pacisci nostra.

(§. 1.) Nemo igitur habet potestatem in religionem suam. De eo pacisci non possumus quod in nostra potestate non est. Ergo de religione nemo pacisci potest.

§. XXVI.

Errant ergo qui filii & alii persuadent per pactum transferri in aliis per
um ius posse disponendi de religione nostra pro arbitratu suo. Nec alii per
pactum ius
nancisci in
illam.

§. XXVII.

Differens in religione non est laesio alterius. Qui a nobis in religione negotio diffidet, is nihil facit quo status noster siue internus si-
ve externus imperfectior redditur. (a) Quam ob causam differens in re-
ligione non est laesio alterius. Differens
in religione
alterum non
laedit.

(a) vid. WOLFFII I, N. P. I. §. 669.

§. XXVIII.

Ex laesione alterius existit Jus puniendi. (a) Differens in religione non ex-
istit Jus puniendi.
(§. anteced.) Ideo propter laesionem in religione nienti,
nemo est puniendus.

(a) 1. c. §. 106.

B 2

§. XXIX.

§. XXIX.

Alios ad religionem ad-
ducere obli-
gamur. *Obligantur homines, ut & alios ad religionem veram manuducant.*
*Obligantur homines omnes ad religionem. (§. 7.) Id ipsum ad
quod obligamur, intuitu nostrum non est nisi perfectio status nostri siue
interni siue externi. (a) Sed nostrarum quoque partium est aliorum
status perficere. (b) Ergo obligantur homines ut & alios ad religio-
nem veram quasi manuducant.*

(a) WOLFFII Philos. moral. C. I, §. 12.

(b) per citatum locum.

§. XXX.

Quousque
hac in re pro-
grediendum
scurum est, in statu naturali homines non perfecte obligari, ut patientur
apud ipsos religionem introduci. (§. 15. & 16.) Quae diximus, tam ad
religionem naturalem quam reuelatam spectare, vel nobis tacentibus in-
telligitur.

§. XXXI.

Consensus in
religione
quaerendus
est. *Opera hominibus danda est ut ad consensum in religione perueniant.*
Experientia magistra atque historia ecclesiastica teste constat, in religio-
ne dissensum magnarum turbarum causam fuisse, atque haud raro publi-
cam quietem labefactasse. Qui vel per transennam res in Ecclesia ge-
fas adspiciunt, dicto facile fidem adhibent. Nec sunt rationes, quae
hoc planum faciunt. Si quis ultra verba est deuotus Dei numini, is in
eo,

eo, qui ab ipso in religione diffidet, inuenit, quod displiceat. Ab eo, quod displicet in actionibus, homines facile ad odium personale progre- diuntur. Odium esse fontem laesionum probatum proclive est. (a) Di- versitas ergo religionum fontem laesionum aperit. Securitas est status in quo periculum laesio[n]is metuendum non est. (b) Isteusmodi status ad perfectionem hominum spectat. Quare obligamur ad securitatem no- stram quaerendam. Obligationi isti responder alia, haec scilicet ut ope- ram demus, qua ad consensum religionis peruenire licet.

(a) WOLFII Psycholog. Empirica §. 671.

(b) vid. DRIESII Instit. Jurispr. Vniuers. §. 39.

§. XXXII.

Quemadmodum vero ad religionem non datur coactio. (§. 12.) Ideo motiva & religio in eo consilit, quod adfint motiva a Deo eiusque operibus ad religio- nem danda, defumta; (§. 1.) ita nihil est reliquum nisi ut motiva aliis ad religionem suppeditemus nostram.

§. XXXIII.

Religio quae nocet felicitati hominum, falsa est, siue illa habeatur pro naturali siue pro revelata. Religio quae nocet felicitati hominum, repugnat perfectioni ipsorum. Isteusmodi veris principiis rationis inniti nullo modo potest, vt pote quod semel atque iterum diximus tendunt ad perfectionem hominum. Non est igitur vera religio naturalis quae cum felicitate hominum minus conuenit. (§. 21.) Quod erat primum.

Religio quae nocet falsa, tam naturalis quam re- velata.

Fac religionem reuelatam non conuenire cum hominum felicitate, illa itidem perfectioni ipsius obstabit. Religio reuelata, utpote diuinae reuelationi superstructa (§. 21.) Deum auctorem agnoscit. Deus hominum amans (a) non potest non hominum felicitatem velle. (b) Fieri igitur non potest, vt ab ipso proficiscatur reuelatio quae felicitati hominum detimento sit. Pro falsa igitur habenda est religio reuelata quae noceat felicitati hominum. *Quod erat alterum.*

(a) P. I. § 705. Theol. Natur WOLFFII.

(b) §. 706. ibidem.

§. XXXIV.

Datur Jus cogendi alterum ne reli-

gione adver-

fus felici-

tem nostram

abutatur.

Datur Jus cogendi homines, ne sub praetextu religionis quid faciant, quod felicitati nostrae obstat. Habemus ius perfectum non patiendi, vt quis contra perfectionem nostri status aliquid suscipiat. (a) Cum iure perfecto ius cogendi alterum cohaeret. (b) Quam ob causam habemus Jus cogendi alterum, ne quid faciat quod perfectioni nostrae contrarium est. Id quod felicitati nostrae repugnat, impedit perfectionem nostram. Non dubium ergo est, quin habeamus ius cogendi alterum, ne quid religionis causa agat, quod felicitati obstat. Religio, quae felicitati hominum repugnat omnino falsa est (per §. anteced.). Ad falsam religionem nemo obligatur (§. 10.) & quod consequens est, ad actiones falsae religionis causa susceptas ius nullum habet. Quidquid igitur aliquis agendum suscipit contra felicitatem nostram, illud non nisi sub praetextu religionis agit. Idcirco habemus ius cogendi homines ne quid sub religionis praetextu faciant quod felicitati nostrae repugnat.

(a)

(a) WOLFFI Phil. Pract. Vniuersit. P. I. §. 913.

(b) IDEM ibidem, P. I. §. 235.

§. XXXV.

Securitas, ut ostendimus (§. 29.) ad nostri status perfectionem facit & quod consequens est, illud quo securitati contrarium strae felicitati obstat. Quia de causa facile dilucet, nobis competere ius cogendi ne quis sub religionis praetextu faciat quo securitati nostrae repugnat.

§. XXXVI.

Videntur ea quae modo diximus, minus consentire cum iis, quae Diluitur ob-
supra (§. 12. 16. & 18.) pro religione a coactione & imperio libera, ieatio.
edisserimus. Sed velim cogitent Lectores aliud esse ad religionem aliquem cogere, aliud obstat quo minus homo infra actus sub religionis specie committat quo felicitati hominum arque securitati publicae detrimentum adferat. Ad religionem amplectendam atque in ea manendum nemo cogi potest. Nihilominus tamen resistere licet iis quae homines infelices reddere possunt. Hac in re laudandi sunt Romani, qui & si varias religiones admirerent, Bachanalia tamen in luce Deae simillae vel ut Augustinus (a) vult *Stimulae* celebrari solita, in quibus captae mentes velut *furiatibus Stimulis* ad omne fletus & ad omnem libidinem accendeantur, vinculis & capitali poena ex SCro vindicarunt & oppresserunt. (b) TIBERIVS Imperator, grauissime animaduertit in Sacerdotes ISIDIS sacra colentes, qui simplicitate Virginis abutentes Mundum iuueni, quo nihil immundius, sub specie commercii cum Amube Aegyptiorum

ptiorum Deo facilitatem Stupri inferendi dederunt (c) summo Jure hoc fecit Imperator caeterum ad crudelitatem pronus. Furores *Anabaptisticos* sub Reformationis initio, quin Magistratus in *Germania Helvetia & Belgio* vi, armis carceribus & suppliciis iuste coeruerint & represserint, dubium non est. Idem dicendum est de motibus *Quackerorum* vel *Trementium* in *Anglia* potissimum *Georgio Foxo* auctore excitatis quibus sedandi vim adhibitat esse constat. Mittimus iam reliquas animadueriones in *Fanaticos homines* statutas, quae praeter rem nonnullis iusto duriores visae sunt.

- (a) *De ciuitate Dei L. IV. C. XI. & XXI.* Tom. VII. opp. ex edit. Antwerp.
- (b) *LIVIYS Histor.* L. XXXIX, vnde a C. IIX - XIX, SClum illud exhibuit. RAPHAEL FABRETTI in Syntagma, Inscriptionum, p. 427. & reperitur apud *LIVIVM* ex Edit. CLERICI quae Lipsia e prodiit. Videatur quoque *VALERIUS MAXIMVS* L. III. c. VI.
- (c) *SVETONIUS* in *Tiberio* Lib. III. c. 36. *CHEVREAU* Histoire du monde T. II. p. 132, seq.

CAPVT SECUNDVM. DE GENTIBVS LIBERIS EARVNDEMQUE IVRIBVS GENERATIM SPECTATIS.

§. XXXVII.

Definitio Gentis libe-
rac- **G**entem liberam appellamus hominum multitudinem, certum terrarum tractum inhabitantum & sub Imperio civili, communis salutis causa coniunctorum. (a)

(a) vide

(a) vide PER ILLVSTRIS L. B. JOHANNIS ADAMI DE ICKSTATT
Elementa Juris Gentium, §. I.

§. XXXVIII.

Gens libera est societas quaedam. Gens libera est multitudo hominum communis salutis causa coniunctorum. (§. anteced.) Homines igitur illi communem quandam finem sibi praestiterunt. Status istiusmodi in quo plures finem aliquem communem obtinere conantur dicitur *societas.* (a) Idcirco dubium non est quin *Gens libera* *societatem* quandam constituit.

(a) §. I. Jur. socialis & Gentium HENRICI KOELERI.

§. XXXIX.

Cum integra *societas*, considerari possit tanquam persona singula. Et est habens (a) consequens est, vt *gens libera* tanquam persona singularis considerari queat. Hoc ipsum non significatu physico, sed modo morali dici posse facile appetet: quia homines illi vnum tantum intellectum & voluntatem habere censemur. (b)

(a) §. 17. ibid.

(b) Conf. WOLFFIVS in Politica sermone vernaculo edita P. II. c. I. §.
220 seq. KVNHOLD, in Dissertat. de statu naturali rerum publicarum
& ICKSTATT I. c. (§. 4.)

§. XL.

Diximus gentem liberam constare ex hominibus sub imperio ci- In statu libe-
vili summo coniunctis (§. 37.) id circa non alii imperio ciuili subiecta ro constituta.

C

est.

est. Quae cum ita sint, *Gentes tanquam personae morales in statu naturali viuentes considerandae sunt.* (a)

(a) WOLFFII I. N. P. I. §. 124.

§. XLI.

Et in eam iuria hominum in statu naturali constitutorum, conueniunt. *In Gentem liberam illa conueniunt iura quae inter homines in statu naturali constitutos conueniunt.* Gens libera consideranda est tanquam persona moralis in statu naturali constituta. (§. anteced.) Dantur vero Jura hominum in statu naturali constitutorum. (a) Eadem igitur iuria in gentem liberam omnino conueniunt.

(a) vid. WOLFFII I. N. P. I. §. 125.

§. XLII.

Non obligantur Gentes non tenentur ut in iis actionibus quas suscipiant, alterius gentis potius quam suum sequantur iudicium. Gentes liberae iis fruuntur suas ad Gentibus quae competit hominibus in statu naturali. Status naturalis, qui iudicium at idem est ac status originarius, gaudet libertate naturae. (a) Vi libertatis temperer. naturalis permittendum est ut vnuquisque in determinandis actionibus suis, potius suum quam alterius sequatur iudicium. (§. 15.) (b) Quod alterius permittendum est ad illud ipsum obligare non possumus. Quia de causa in statu naturali neminem obligare possumus, ut nostrum potius quam suum sequatur iudicium. Quo circa nec Gentes qui iisdem iuribus vntuntur, obligari possunt ut in actionibus determinandis suis alterius Gentis potius quam proprium sequantur iudicium.

(a) vide WOLFFIVM I. c. §. 155.

(b) IDEM ibidem 156.

§. XLIII.

§. XLIII.

Suo igitur Iudicio de actionibus quas instituant, hoc est, conscientia gentium. Sed hæc contiaue (a) suæ relinquendæ sunt gentes; nec obligantur alteri genti rationem scientia ipsorum relinquenda, suarum reddere actionum.

(a) Philos. Praet. Vniuersit. WOLFFII P. I. §. 417.

§. XLIV.

Non est cur aliquis miretur quod genti attribuamus conscientiam. An genti conscientia? Nam cum ipsis intellectus attribuendus sit (§. 39.) nihil obstat quo mitiganda? nihil obstat quo affirmando? nihil obstat quo tribuenda? nihil obstat quo affirmatur? Hac in re vero consistit conscientia.

§. XLV.

Gentes obligantur ad perfectionem suam & aliarum Gentium promovandam. Gentes spectari debent tanquam personae morales (§. 39.) ratione actionum moralium haec est regula obligans, ut perfectionem sui & aliarum promoueant. (a) Quare etiam Gentes obligantur ad perfectionem suam & aliarum Gentium promovandam. Si aliam demonstrationem desideras, en ecce! Ad regulam illam: Fac ea quae tuum & aliorum statum reddunt perfectum, & omittit quae illum imperfectiorem reddunt, nemo est unus, qui actiones suas componere haud obligetur. (b) Quia de causa etiam homines in statu naturali obligantur ad eam observandam. Iam vero gentes liberae, tanquam homines in statu naturali viventes, spectantur. (§. 39.) Ideo & illae tenentur suam & aliarum gentium perfectionem promouere.

Gentes aliarum Gentium perfectionem promouere debent.

C 2

(a) Phi-

(a) Philos. moral. WOLFFII §. 12.

(b) WOLFFII Philos. Pract. Vniuersit. P. I. §. 151, & 223.

§. XL VI.

Hoc ius cui-
vis populo
libero attri-
buendum,
Quoniam obligationi naturali responderet ius naturae, consequens
est, vt populo cuius libero ius attribuendum sit ad suam & aliorum
perfectionem promouendam (§. antec.)

§. XL VII.

Gentes obli-
gantur ad of-
ficia humani-
tatis & ne-
cessitatis sibi
praefanda. Gentes obligantur ad hoc, vt & aliarum gentium perfectio-
nem procurent, (§. 45.) officium humanitatis est illud, quod alterius
cessitatis sibi perfectionem pro fine praefitam habet. (a) Nobis igitur non videtur

dubium, quin populi ad officia humanitatis sibi inuicem exhibenda ob-
stria teneantur. *Quod erat prius.* Officia necessitatis sunt illa, qui-
buscum obligatio perfecta coniungitur, vel quae a legibus perfectis pre-
scribuntur. (b) Ad ea implenda omnes homines generatim & speciatim
in statu naturali viuentes obligantur. Quoniam gentes liberae tanquam
personae morales, in primis in statu naturali degentes, spectandae sunt
(§. 39.) illae omnino ad officia necessitatis obligantur. *Quod erat po-
sterius.*

(a) vid. WOLFFII Jus Nat. P. I. §. 655.

(b) vid. §. 326. Jurisprudentiae Vniuersit. D A R I E S T I.

§. XL VIII.

Jus Gentium
humanum,
quid.

Jus humanum Gentium est Jus cum officiis humanitatis connexum.

§. XLIX.

§. XLIX.

Jus Gentium perfectum est Jus, quod cum officiis necessitatis co- Et perfe-
haeret. *ctum quid?*

§. L.

Datur *Jus Gentium humanum & perfectum*. Gentes ad officia hu- Probatur ex-
manitatis sibi inuicem praestanda obligantur (§. 47.) & obligatio ista a iſtentia vni-
lege naturali originem trahit (§. 45.) id quod etiam ex definitione officii
intelligitur. (a) Obligationi naturali ius conſtanter respondere ſaepē
monuimus. Id circa cum officiis humanitatis Ius quoddam connexum
eft. Illud ipsum modo ius Gentium humanum appellauimus. (§. 48.)
Conſtat igitur, dari Ius Gentium humanum. *Quod erat probandum.*
Gentes ad officia necessitatis obligantur. (§. 47.) Ex iis quae mem-
bro primo diſputauimus, apparet, cum officiis ius naturale coniun-
ctum eſſe. Ad officia necessitatis feruanda gentes obligantur, ut quam
maxime. (§. 47.) Datur igitur ius quoddam, quod arctissima co-
gnatione cum officiis necessitatis cohaeret. Ili iuri nomen Iuris Gen-
tium perfectum planum fit.

(a) §. 22 f. P. I. Philos. Praef. Vniuerſ. WOLFFII.

§. LI.

*Officium humanitatis eminens, eft officium humanitatis, quo non Definitio of-
ficii humanitatis emi-
nentis,*

§. LII.

De vulgaris. *Officium humanitatis vulgare*, est officium humanitatis, quo sine onere defungimur. (a.)

(a) Distinctionem istam debemus III. de Iekflatt, conf. Ius Gentium ipsius Lib. II. c. I. v. 9.

§. LIII.

Officiis humanitatis, tam vulgaribus, quam eminentibus copulatae sunt gentes. A genere ad speciem valere consequentiam exploratae veritatis est. Iam vero gentes copulatae sunt officiis humanitatis. (§.47.) quae genus constituant officiorum humanitatis eminentium & vulgarium. (§.51. & 52.) Quare gentes officiis humanitatis, tam vulgaribus, quam eminentibus copulatae sunt. De vulgaribus humanitatis officiis non est, cur multum laboremus. De officiis humanitatis eminentibus fortasse aliquis addubitet. Sed ille, velim, cogitet, nos per legem naturalem, qua duce ad perficiendum statum aliorum obligamur, eo obstringi, ut aliquid de nostro demamus, & nihil lucri sperantes in alias conferamus, quod inde dilucet, quoniam ad liberalitatem, elemosynas, officiositatem & officia charitatis tenemur. Natura igitur ad officia humanitatis eminentia homines obligantur. Cum par sit ratio gentium atque hominum singulorum (§. 39.) Probatu proclive est, gentes quoque ad officia humanitatis eminentia sibi inuicem praeflenda obstringi.

§. LIV.

Non existit *Gens gentem non laedit denegando officia humanitatis, siue illa uulnifera hendo officia huma-* *garia, siue eminentia sint.* Laetio est aetio positiva, qua quis aliquid nitatis.

contra

contra perfectionem status alterius suscipit. (a) Iam vero is, qui denegat officium humanitatis nihil suscipit aduersus perfectionem status alterius, sed ipsius actio modo est priuatua, vt pote quae in nihil agendo constituit. Quamobrem gens gentem non laedit denegando officia humanitatis. Etenim gentes paria cum hominibus iura habent. (§. 39.) Quoniam officia humanitatis, tam vulgaria, quam eminentia sub genere officiorum humanitatis continentur. (§. 53.) Id circa gens gentem non laedit denegando officia humanitatis, siue illa vulgaria siue eminentia fint.

(a) §. 669. I. N. P. I. WOLFFII.

§. LV.

Quemadmodum vero ius petendi ab altero officia humanitatis ius perfectum est (a), quando illud quod petit sibi praestare nequit, ita probatu proclive est, ius gentis petendi ab altera gente officia humanitatis perfectum esse. Ideo etiam cogere gens gentem potest, vt permitat, quod ab ipsa officia humanitatis tam vulgaria, quam eminentia petat. (§. 53.)

(a) §. 904. WOLFFII I. N.

§. LVI.

Cum vero ius imperfictum sit, quod pender a iudicio alterius (a) Sed non ad consentaneum est, vt ius nullum habeant homines, cogendi alios, quo cogendum vt illa praefeten-tionis sua faciant fatis. Par gentium eit ratio. (§. 39.) Non igitur habent gentes ius cogendi alias, vt iuri, ab ipsis petendi officia humanitatis respondeant.

(a) W O L F F .

(a) WOLFFII I. N. §. 906. P. I.

§. LVII.

Læsio gentis
intuitu offi-
ciorum hu-
manitatis.

Gens gentem laedit, quae impedit, quo minus ipsi officia humanitatis praestentur, aut obstat quo minus illa istiusmodi alii praestet. Gentes obligantur, ut sibi inuicem officia humanitatis exhibeant. (§. 46.) Ad quod datur obligatio, illud est perfectio quaedam. Qui alterum impedit, quo minus perfectionem aliquam consequi possit, illum laedit. (a) Hoc ipsum quod inter homines locum habet in gentes quoque conuenit. Id circos gens gentem laedit, quae impedit quo minus ipsi officia humanitatis praestentur. *Quod erat prius.* Qui nos impedit, quo minus alteri officia humanitatis praestare possumus, is nos laedit. (b) In gentem omnia iura conueniunt, quae in homines cadunt. Ergo gens gentem laedit, quae impedit illam, quo minus alii officia humanitatis praestare possit. *Quod erat posterius.*

(a) §. 673. WOLFFII Jur. Nat. p. 1.

(b) §. 681. WOLFFII I. N. p. 1.

§. LVIII.

Quomodo
gens quae-
dam praete-
rea laedatur.

Gens laedit alteram gentem, quae obstat felicitati ipsius, aut impe-
dit, quo minus ab aliqua imperfectione liberetur, aut priuat aliqua perfe-
ctione eam, sive ipsa sive per alios, aut id agit, sive per se, sive per ali-
os, ut illa incidat in mala quaedam. Qui obstat inter homines, quo
minus alter ad felicitatem suam perueniat, eum laedit. (a) Idem dicen-
dum de eo, qui impedit, quo minus ab aliquo, imperfectione liberetur
alter,

alter. (b) Eadem ratione res se habet, si quis alterum priuat aliqua perfectione, siue ipse id faciat, siue per alios. (c) Nec non laedit alterum, qui id agit siue ipse, siue per alios, ut ille incidat in mala quaeradum. (d) Cum eadem sit ratio gentium atque singulorum hominum, propositonis veritas facile constat.

(a) §. 678. WOLFII 1. c.

(b) §. 690. ibid.

(c) §. 691. ibid.

(d) §. 693. c. 1.

(§. LIX.)

Quemadmodum homini competit ius perfectum non patiendi, ut Habetius ^{leg.}
alius ipsum laedat, (a) ita genti quoque idem ius attribuendum, & quod ferendi.
consequens est, illa habet ius non patiendi, ut alia gens obstat, quo minus
minus ipsi officia humanitatis praesentur, vel illa atiis praestet, (§57.) vel
felicitatis ipsius contraria faciat, aut impedit, quo minus ab imperfectione
quadam liberetur, aut se priuet, vel ipsa uel per alios perfectione qua-
dam, aut siue ipsa siue per alios id agat, ut in mala quedam incidat.
(§ antec.)

(a) §. 913. ibid.

§. LX.

Cum homini propter illud ius competat, ius se defendendi, (a) Sed se contra
immo puniendi, (b) obscurum non est, genti quoque tribuendum esse ^{eam defendi & pu-}
ius se defendendi aduersus gentem, quae dicta ratione ipsam laefit, nec niendi,
non puniendi eam.

(a) §. 973. ibid.

(b) §. 1061. c. 1.

D

§. LXI.

§. LXI.

Inde ius bel- Ex illo iure existit ius belli (a) tam defensui, quam punitui: Hoe
li defensui & punitui ori- ipsum simili ratione genti adserendum esse nihil haber dubitationis. (b)
tur.

(a) § 1004. c. I.

(b) Conf. ICKSTATT qui in Elementis I. G. de belli defensui L. IV. c. V.
335. punituiiusitia L. IV. c. VII. p. 353. seq. edifferuit.

CAPVT TERTIVM.
DE
HABITV RELIGIONIS AD GENTES
LIBERAS,

§. LXII.

Habitus
quid?

Per habitum generatim intelligimus relationem vel respectum quendam;
hic vero *speciatim* designamus relationem istam quoad ius inter gen-
tes intuitu religionis. Idem igitur est atque illud, quod iustum est
circa religionem inter gentes.

§. LXIII.

Obligatio
genitum ad
religionem.

Gentes ad religionem tam internam, quam externam obligantur. Gen-
tes tanquam personae morales spectantur. (§. 38.) Omnibus & singu-
lis hominibus incumbit obligatio ad religionem. (§. 31.) Et quidem
tam internam, quam externam. (§. 7.) Fieri igitur non potest, vt gen-
tes ab ista obligatione immunes sint.

§. LXIV.

§. LXIV.

Gentes Dei cognitione imbuendae sunt. Omnibus & singulis homi- Et Dei co-
nibus hoc praescriptum datum est, ut Dei cognitionem querant. (§. 8.) gnitionem.
Ad ea gentes quoque obligantur, quae personas morales repreäsentant,
ad quae homines omnes & singuli obligantur. Gentes igitur Dei co-
gnitione imbuendae sunt.

§. LXV.

Non nisi cognitio viua nos ad actiones determinat. Religio ve- In primis vi-
ro consistit in actionibus Dei causa suscepitis. (§. 1.) Opera igitur dan- vana.
da est, ut gentes cognitione Dei viua imbuantur.

§. LXVI.

Gentes obstringuntur iure naturali ad religionem veram quaerendam. Atque ad re-
Iure naturali homines obligantur ad cognitionem Dei veram, non fal- ligionem ve-
sam, (§. 9.) nec non ad religionem veram. Cum par sit ratio Gentium
atque hominum, per ante demonstrata: cognitu facile est, gentes iu-
re naturae ad religionem veram quaerendam teneri,

§. LXVII.

Haud par est Gentem in Dei ignoratione versantem religioni cuidam adiungi. Nemo qui Deum ignorat religioni adiungi debet. (§. 11.) Gentem De-
um ignoran-
tem religioni
adiungere
non debe-
mus,

D 2

Non

Non igitur ab re subitae religionum mutationes, totius eiusdam Gentis, de iure suspectae videntur; qualis illa fortasse fuit, quae aucto-re Clodouico Rege inter Francos in Gallia accidit qui Christianismum amplexifunt. Qua de re Gregorius Turonensis (a.) in hunc modum exposuit. At ille inquit (ad Remigium Remensem Episcopum) libenter te, sanctissime pater, audiam, sed reslat unum, quod populus qui me sequitur non patitur relinquere Deos suos; sed vado & loquor eis, iuxta verbum tuum. Conueniens autem cum suis, priusquam ille loqueretur, praecurrente potentia Dei, omnis populus acclamauit. Mortales Deos abigimus pie Rex, & Deum, quem Remigius praedicat immortalem, sequi parati sumus. Verendum quoque est ne praecipitanter agant, qui terram & mare peragunt, ut adsciscant homines ad religionem Christianam, de quibus memini legere, illos paucis formulis traditis, in Ecclesiam suam, conuersos ut vocant, recipere solitos esse.

(a) Lib. II. c. XXXI. Histor. Francic. Adde AVITVM VIENNENSEM in Epist. ad CLODOVICVM.

§. LXVII.

Gens aliam
Gentem ad
religionem
cogere non
potest.

Gentem liberam ad religionem sive internam, sive externam, vel ut in religione semel electa permaneat, eidemque per omnia consentiat, ab altera Gente cogi minus par est. Ad religionem neque internam neque externam cogere hominem licet. (§. 12.) Id circa etiam hominem videlicet non possumus, ut in religione electa permaneat, eidemque per omnia consentiat. (§. 13.) Quae cum ita sint, nec par est, ut gens libera personam moralem repraesentans, ad religionem sive internam, sive exter-

nam

ternam amplectendam, vel ad hoc ut in religione semel electa permaneat, eidemque per omnia consentiat cogatur. Quod erat probandum.

§. LXIX.

Si verum est, quod L. B. DEICKSTA RT (a) perhibet, statutus J. R. G. Ideo nec statutus I. R. G. multis negotiis, quae aut inter se aut cum gentibus exteris peragenda protestantes; occurunt iure gentium vtuntur, & in his passibus a notione Gentium propter rei-gionem jure prorsus excludendi non sunt, appareat facile quo iure CAROLVS V. Imperator, FERDINANDVS Rex Romanorum, & ORDINES CATHOLICI, STATVS PROTESTANTES ad retinendam religionem Pontificiam, & ut illi per omnia consentiant cogere potuerint. (b) Ne quid dicam de conatibus FERDINANDI II. & bello tricennali, Germaniae nostrae maximam stragem afferentibus.

(a) L. I. c. 1. Elem. Iur. Gent.

(b) Hac de re legi merentur quae habet SLEIDANVS L. XVII. p. 493.

503.

§. LXX.

Quoniam Gentes non possunt cogi, ut patientur perfectionem fu- Non tenen-
am ab alia promoueri, (§. 39.) & religio perfectio est, sequitur gentes tur Gentes
cogi non posse ut apud ipsos religionis emendatio procuretur. pativ religio
ipsum e-
mendetur.

§. LXXI.

Gentes ad religionem tam naturalem quam reuelatam obstringuntur. Obligantur
Omnes homines constituti sunt vinculo religionis naturalis & reuelatae, Gentes ad
(§. 22.) Probata vero similitudine Gentium cum personis moralibus ex- naturalem &
reuelatam religionem, tra

D 3

tra statum civilem viuentibus (§. 38.) probatum simul est Gentes quoque ad religionem naturalem & reuelatam obligari.

§. LXXII.

Sed ad neu-
tram cogi-
poſſunt.

Cum religionis in genere Gentes coaſtione neſciae, (§. 67.) fieri non poſteſt ut in ſpecie ad naturalem & reuelatam religionem, Gens alteram Gentem cogat vel vi adigat ut in vtraque vel alterutra religione ſemel eleſta permaneat atque eidem per omnia confeſſiat.

§. LXXIII.

Genti ius Ex pæto Gens in religionem alterius Gentis ius acquirere non poſteſt.
non datur ex Religio ex iis rebus eſt, de quibus homines pacifici non poſſunt. (§. 25.)
pæto in alterius gentis Religionem, Nemo igitur ex pæto ius in alterius religionem pacifici poſteſt. Proinde nec gens ex pæto ius in religionem alterius gentis acquirere poſteſt.

§. LXXIV.

Diffenſus in Diffidium gentis in religione pro laefione alterius gentis ne reputetur.
religione Diffenſus in religione non eſt laefio alterius. (§. 27.) Ideo nec Gens
non eſt laefio alterius gen- alteram laedit Gentem qui ab ea diſſidet. Diffidium igitur Gentis in re-
tis. ligione pro laefione ne reputetur.

§. LXXV.

Nec belli Diffenſus vnius Gentis in religione non eſt cauſa belli iuſtifica aduer-
cauſa iuſtifi- fūſus alteram Gentem. Diffenſus in genere Gentis vnius & in ſpecie in
ga, religione, pro laefione alterius Gentis reputandus non eſt (§. anteced.)
Sola laefio eſt cauſa vniqa & iuſtifica Belli, (a) Idcirco diffenſus in re-
ligione non eſt Belli cauſa iuſtifica, aduersus aliam gentem fufcipiendo.

(a) HENR. KOELERI I.N. & G., §. 262.

§. LXXVI.

§. LXXVI.

Inter Idolorum cultores vix ac ne vix quidem propter religionis Applicantur diffidium bella exsisterunt. Si ab **ÆGYPTIIS** apud **ÆGYPTIOS** ^{quae diximus} dis-^{ad facta.} cesseris, populi sinebant reliquos suo cultu divino vt. (a) Utinam Christiani, quorum religio, si qua alia, pacem suadet, illis paria fecerint atque idem senserint. Hoc si fecissent, fidem non habuissent **PETRO EREMITAE**, homini fanatico & **URBANO II.** pontifici Romano, bello contra Saracenos suscipiendo religionis diuerstatem & immunitatem praetendentibus. (b) Hinc iudicium ferri potest, quo fure **HENRICVS II.** Anglorum Rex ab **HADRIANO IV.** A. **CIOCLIV.** petere potuerit, ut sibi liceret *Hiberniae insulam hostiliter intrare & terram subiungere atque homines illos bestiales ad fidem & viam veritatis reducere, extirpatis ibi plantariis vitiorum* (c), & summus ille pontifex facultatem istam solenni diplomate dato concesserit. (d) Reprehendi igitur & derideri merentur, qui iusitiam belli *Hispanorum aduersus Americanos* gesti ruinoso huic fundamento superstruere conati sunt, quod male de Deo senserint. (e)

- (a) Vid. **LAVR. PIGNORIVS** in *Expositio mensae Iliaca* pag. 41. seq., vbi refert ex **IOSEPHO**, **DIODORO SICVLO**, **PLVTARCHO** & aliis auctoribus bella religionis causa suscepta.
- (b) vid. **IOH. ALBERT. FABRICIVS** in *Iuce Euangelii orbi vniverso exorienti*, c. XXX, & **WILLERMVS Tyrenſ.** Lib. I. c. 12. 14. & 15.
- (c) vid. **MATTHAEVS Parf.** ad A. 1155.
- (d) Apud **RYMERVM** in *Act. publ. Anglic.* T. I. p. 15.
- (e) vid. **FRANCISCVS VICTOR** in *Relectionibus & DE LAS CASAS in Narrat. excidi Indiarum* p. 107. qui eos confutauerunt.

§. LXXVII.

§. LXXVII.

Obligatio ad
religionis
propagatio-
nem ostendi-
tur.

Gentes ad promouendam religionem tam naturalem quam reuelatam veram apud alias gentes tenentur. Gentium ius postulat, vt de perfectione alterius Gentis in melius provehenda Gens laboret. (§. 44.) Dubium non est, quin religio naturalis & reuelata vera ad perfectionem hominum & Gentium spehet, utpote sine qua nulla daretur ad eam obligatio. Quamobrem Gentes ad promouendam, apud aliam Gentem, religionem, tam naturalem, quam reuelatam tenentur. Id ipsum inde quoque colligi potest, quod demonstrauimus (§. 29.) homines obligari, vt & alios ad religionem veram quasi manu ducant.

§. LXXVIII.

Non datur
tamen ius
cogendi,

Ex iis, quae supra diximus (§. 30.) perspicuum est, gentes non perfecte obligari posse, vt patiantur apud ipsas religionem tam naturalem, quam reuelatam veram introduci.

Id quod ad
Iaponenes
applicatur.

Hinc ad intelligendum facile est, *Japonenses*, qui religione Christianae omnem aditum praecluserunt, (a) cogi non posse, vt patiantur apud illos eam introduci.

(a) Vid. *Histoire du Iapon* par ENGELBERT KAEMPFER T. II. p. 57.
& in Append. p. 68.

§. LXXX.

Studiumpro-
mouendi re-
ligionem ve-

Studium, quod Gentes adhibent in promouenda religione vera apud alias Gentes, ad officia humanitatis pertinet. Studium, quod Gentes in reli-

religione vera apud alias Gentes promouenda adhibent, consistit in iis ^{nam ad officia} actionibus, quae ad perfectionem ipsarum faciunt. Officia humanitatis ^{humanitatis} facit, supra nominauimus, aliis assentientibus, (§. 46.) ea, quibus aliorum status perficitur. Qua de re illud ad officia humanitatis spectat.

§. LXXXI.

Est vero ius humanum Gentium, quod cum officiis humanitatis Illud iuri humanum connexum est. (§. 47.) Illius existentiam demonstrauimus. (§. 49.) Ius Gentium est cum Quibus de causis contendimus, iure humano Gentium licere alias gentes gruum. vera religione imbuere. Nulla tamen est laesio Gentis, quando hocce officium non praefatur. (§. 53.)

§. LXXXII.

Datur ius mittendi Missionarios, illudque pendet ab officiis humanitatis eminentibus. Missionarios vocamus Doctores in hunc finem missos, ius mittendi Missionarios, ut gentem aliam vera religione imbuant. Licet vero iure humano Gentium alias gentes religione vera imbuere. (§. 80.) Qui habet ius ad finem, illi quoque ius ad media ab iudicandum non est. (a) Competit igitur Gentibus ius mittendi Missionarios ad alias Gentes. Studium, quod Gentes in promouenda religione vera adhibent, ad officia humanitatis referendum est. (§. 79.) Ius igitur istud mittendi Missionarios ad alias Gentes, ab officiis humanitatis pendet. Hoc ipsum vero cum onere coniunctum esse, tam Gentis mittentis, quam missi, dubitatione omnimoda caret. Si vero quis addubitat velit, cogitet impensas ad iter instituendum, libros, in quibus verae religionis principia continentur & ad alia, taedia in linguis peregrinis addiscendis devoranda, labores in-

E

stitutionis,

stitutionis, mala, quibuscum homini aduenae conflictandum est & bene multa alia, atque conscientiam spero in sententiam nostram, ius illud penderet ab officiis humanitatis Gentis eminentibus.

(a) Vid. WOLFFII Ontol. §. 973, collato §. 8. Comment. nostrae.

§. LXXXIII.

Ius Missionarios admittendi ab iis gentibus ad quas mittuntur, dependet.

Ius admittendi Missionarios est penes Gentem, ad quam mittuntur. Quandoquidem ius mittendi Missionarios ab officiis humanitatis penderet, (§. antec.) & officium humanitatis sit illud, quo perfectio alterius promouetur, atque Gens non tenetur pati, ut ipsius perfectio promoueat tur; ita negari non potest, Genti ius competere recusandi, quo minus Missionarii apud eam inueniunt, quo pedem figant.

§. LXXXIV.

Et quod alia media.

Idem dicendum esse constat de aliis instrumentis, quibus religio etiam vera propagari potest, v. c. libris religionem etiam complectentibus, seminariis, vt vocant, in quibus instituuntur, iuuenes in primis indigenae gentis ad religionem propagandam & Emiliares, qui eandem promouere satagunt. Ex eodem fundamento perspicitur, penes gentem, ad quam instituantur Missionarii, esse ius restringendi libertatem illis semel concessam.

§. LXXXV.

Tollitur offensio dictorum.

Ex dictis concludere possumus de iis, quae Iesuitarum potissimum causa, in amplissimo SINENSIVM regno ante aliquot annos definitae

finitae sunt. (a) Sed caue, putes, nos propterea approbatores existere eorum, quae IAPONENSES, iuxta (§. 78.) & quos modo diximus SINENSES sancierunt. Aliud enim est, quod ius perfectum siue requirit, siue permittit, aliud est quod ab hominibus & gentibus fieridebeat. Ius perfectum homines a peccatis immunes non praefstat.

(a) De quibus exponunt Lettres edifiantes des Missions étrangeres.

§. LXXXVI.

Si qua gens impedit, ut altera ab errore in religione liberetur, & Quomodo laedatur gens eam priuet religione vera, vel id agat, ut in falsam incidat, siue ipsa intiru reli siue per alios faciat, laedit illam, pariter atque islam gentem laedit, quae gionis, eo enititur, ut haec enitentur. Si gens quaedam impedimento est, ut ab errore liberetur, laedit illam. (§. 57.) Illud ipsum imprimis affirmandum de errore in religione. Qui aliquem vera religione priuat, ipsum perfectione quadam priuat. Gens laedit gentem aliam, si eam priuat perfectione quadam. (§. 57.) Id circa gens alteram gentem laedit, que ipsam vera religione priuat. Qui id agit, ut alter falsa religione imbuatur, ille facit, ut alter in malum incidat. Iam vero gens gentem laedit, quae id agit, siue ipsa, siue per alios, ut in mala incidat. Ergo gens alteram gentem laedit, si id agat, ut illa falsa religione imbuatur. Ad officia humanitatis hoc spectat, si quis operam dat, ut quis ab errore liberetur, vera religione non priuetur & falsa haud imbuatur. Nam isto studio perfectio alterius promouetur. Laedit gens aliam gentem, quae ipsi obstat, quo minus officia humanitatis alteri genti praeflare queat.

E 2

§. LXXXVII.

§. LXXXVII.

Ex iis, quae supra disputauimus (§. 60.) constat, genti propterea ius belli defensui & punitui attribuendum esse.

§. LXXXVIII.

Hinc plura consecutaria deduci possunt, v. c. de Missionariis non impediendis, de seminariis in detrimentum & praeiudicium verae religionis non instituendis, & quae sunt alia huius generis.

§. LXXXIX.

Obligatio gentium ad profiliandas effectas in religione.

Gentes obligantur coniunctis viribus Gentilismum, Atheismum, Deismum & superstitionem & Fanaticismum profilicare. Gentes ad religionem veram promouendam apud alias gentes obstrictae sunt. (§. 76.)

Atheismus consistit in negatione existentiae Dei. (a) Qui Deum esse negat, quod is a Deo atque ipius operibus motu ad actiones suas hanc defumere posse, certum est. *Quocirca Atheismus tollit omnem religionem.* (§. 1.) De eo igitur extirpando gentes coniunctis viribus laborare obligati sunt. *Quod erat primum.* *Deismus* in negatione prouidentiae summi Numinis consistit, concessa eius existentia, (b) per illum quoque tollitur omnis religio. (c) Cum igitur gentes ad religionem promouendam obligantur (§. 76.) consequens est, ut vires coniungere debeant ad tollendum Deismum. *Quod erat alterum.* *Gentilismus* est error de uniuersitatis a pluribus Düs dependentia, sive quoad gubernationem, sive quoad existentiam. (d) Ex principiis rationis eius falsitas non solum ostendi potest, sed & hoc quod in Deum iniurias sit.

Gen-

Gentium officium est, studere religionis verae propagationi. (§. 76.) Ergo Gentilismo profligando dare operam debent. *Quod erat tertium,* Superstitionem dicimus promptitudinem animi, rebus vim diuinam attribuendi, quam manifesto non habent, nec habere possunt. Hoc ipsum verae religioni detrimentum asserre, nemo non peruidet. Accedit quod supersticio multa damna societati humana inferre soleat. Quoniam gentes de vera religione & perfectione aliarum gentium promouenda laborare tenentur (§. 76.) obscurum non est ipsis operam dannam esse, vt supersticio deleatur. *Quod erat quartum.* Fanaticismus consistit in falsa opinione de inspiratione diuina. Pugnat igitur ille cum vera religione reuelata. (§. 21.) Quantas strages ille edere posse, vel exemplis belli, vt vocarunt, *sacri & rusticani* comprobari potest. Studium igitur Gentium promouendi perfectionem (§. 44.) & religionem veram & reuelatam eas excitare debet, vt coniunctis viribus Fanaticismum reprimant. *Quod erat quintum.*

(a) vid. Viri summe reverendi RIBOVII Instit. Theol. dogmat. p. I. §. 15.

(b) vid. Laudati RIBOVII Instit. Theol. dogmat. §. 38.

(c) vid. WOLFI Theol. nat. p. II. §. 564.

(d) Ribovii Instit. Theol. dogm. §. 59.

§. XC.

Eniti gentes eo debent, vt tollatur disensus in religione inter gentes. Gentes disensus in religione ut tollatur curare debent. Religio naturalis non nisi unica & vera est. Demonstratur enim illa (§. 22. membr. 1.) tollatur curare debent. Quicquid demonstratur, illius oppositum falso est. Religionem reue-

latam si species, illa reuelationi diuinae superstruitur. Deum secum pugnare non posse & sibi contradicere exploratae veritatis est. Ideo non nisi vnica est religio reuelata. Obligantur vero gentes ad religionem veram, tam naturalem, quam reuelatam quaerendam & promouendam. (§. 76.) Huc accedit, quod religionis diuersitas, et si laesio non sit, (§. 27.) fontem laesisionis aperiat, qua de causa probatum dedimus, hominibus operam dandam esse, vt ad consensum in religione perueniant. (§. 31.) Idem de gentibus affirmandum esse, facile constat.

§. XCI.

Quod tamen minime ad omnes partes singulis partibus religionis inter se conueniant. Ritus, caerimoniae & religionis extrema ab arbitrio hominum pendent & salua veritate & unitate religionis tendendum ut nempe in diuersa esse queunt. Fieri etiam non potest, quia hominum est imbecillitas, iis conuenientibus ut omnes per omnia religioni consentiant. Frustraneus autem est labor, qui impenditur in consensum obtentu impossibilem. Theologi nos docent, distinctionem inter articulos fidei fundamentales & minus fundamentales non distingui fundamento. Quidni igitur feramus gentes in necessariis haud a nobis dissidentes. Pro medio efficacissimo unisimilitatis fidei inter gentes formandae ac introducendae saepius laudatus I C K S T A T T (a) habet agnitionem supremi capituli hierarchici atque sibi & aliis persuadere conatur, gentes, populosque ad agnoscendum caput aliquod uniuersale Ecclesiae, eidemque in causis fidei se se submitendum obstrictos esse. Sed vereor, ut haec sententia multos approbatores inuentura sit. Liceat enim mihi summa eum ratione huic opinioni obuertere, gentes de religione

ligione sua pacisci non posse & quod consequens, se non submittere capiti istiusmodi hierarchico vniuersali. Non tangam rationes, quas theologi huic consilio vel scito opponent.

(a) In Elementis Juris Gent. L. II. c. II. §. 18. p. 62.

§. XCII.

Religio non dat ius disponendi de regnis & imperiis. Religio consistit in modo determinato Deum colendi (§. 1.) Cum illo negotio regni & imperii gna & imperia & ius de illis disponendi nullo necessario nexu cohaerent. Nec religio reuelata, quam Christiani pro vera agnoscunt, quicquam habet, quod huic iuri stabilitatem conciliet. Ipse seruator, quem statorem religionis Christianae veneramur, confessus est Joh. XIIX. v. 3. *Regnum suum buius mundi non esse.* Idcirco tam verum quam verissimum est, religionem non dare ius disponendi de regnis & imperiis.

§. XCIII.


Viderint igitur quo iure se tueantur, qui Pontifici Romano istiusmodi ius attribuunt. Dixit ea de re per illustris BOEHMERVS (a) & nobis copiam dicendi subministravit, si longiores esse vellemus. Sed quia cancelli, quibus nos circumscriptimus, prohibent, ne de ea, ut de re tota plura adferamus. Non possumus tamen, quin nentem huius Viri, quam vberius explicauit de hac re, in speculo quasi nostris meditationibus adiungamus. Quemadmodum nempe Ecclesia romana, ut pia sci- licet, mater vbera sua offert, filii suis genuinis, qui humillimo obsequio eam profequuntur, ac in eos regna, principatus terraque infide-

lium

lium transfert; ita, contra, immorigerorum regna & terras iidem in sua manu habet, de iis disponit, atque auferendo ea contumacibus noua liberalitatis specimen erga fideles edit. Hac lingua loquitur sedes romana. Verum, vt cum eodem Viro Perillus claudamus, quae protestantium de hoc fuso & laruata pietate sit sententia, hic non addamus multis, cum confite, nos gratias Deo agere, quod nos a piae matris iugo liberauerit, nobisque aperuerit oculos, vt nuditatem huius matris admodum deprauatae limpidissimis perspicere oculis, & gratias eiusdem putatiuas repudiare queamus,

(a) In Dissert. praelimin. T. IV. Juri Ecclesiast. protestant. praemissa
p. 66 - 76.

F I N I S.




410²⁰
—
K.2

ULB Halle
007 018 509

3







2

COMMENTATIO ACADEMICA
 DE
HABITV RELIGIONIS
AD GENTES
 AVCTORE
D. PHILIPPO CAROLO
L. B. DE KNIGGE
 S. R. I. EQVITE
 DOMINO IN BREDENBECK, PATTENSEN,
 LEVESTE ET THALE.



GOTTINGAE
 TYPIS JOANNIS PETRI SCHMIDII
 MDCCXLVII.

